



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De rebus praeclarè in Italia pro Rep. Christiana ab Ottone III. gestis. Cap.
XXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

uanienſi, & Ermengardem nuptam Alber-
to Comiti Namurcenſi.

*De rebus præclare in Italia pro Rep. Chriſtiana
ab Ottone III. geſtis.*

C A P. X X X I X.

ANNO IX^c. XCIII. Crescens Nomen-
ſtanus, Romæ ingēti fauore populi con-
ſulatum adeptus, Imperij titulum ſibi ad-
ſcribere geſtiebat. Qua de cauſſa Ioannem
Pontificem, ſiue Reip. ſiue Ottonis charita-
te cooperari nolentem, ex vrbe depulit, ac
Romam & propinqua aliquot Romæ oppida
ſub ditionem ſuam adduxit. Sub idem etiam
tempus Landulphus Archiepiſcopus Medio-
lano eiicitur. Ita Otto, ſimul Pontificis &
Archiepiſcopi voluntate ac petitione com-
motus, expeditionem in Italiam ſuſcepit.
Quo aduentante aduerſarij ſibi conſulue-
runt; & tempeſtiuè vna quidem eorum pars
cum Pontifice, altera verò cum Archiepi-
ſcopo compoſuerunt.

*Hic Impera-
rator vnicū
creauit Bra-
bantie Du-
cem.
Ex lib. 7. Si-
gonij.*

Nondum in Germaniam Otto redierat,
cū Crescens in Gregorium V. inſurgens,
Ioannem Pſeudopontificem intruderet. Gre-
gorius in Germaniam iniuriam deploratum
opemque affectis ſuis rebus petitem con-
ceſſit. Otto igitur anno ſubſequenti cum fir-
miſſimo omni copiarum robore in Italiam
rediit. Urbem obſedit. Romani inopia op-
preſſi, Crescente in arcem confugiente, iram

E 2 in Ioan-

in Ioannem verterunt, eumque captum, erutis oculis, auribus cum naso præcisissimamque præposterè impositum, per frequentia Urbis loca circumduxerunt, vt Petrus Damiani scripsit, homo his temporibus proximus. Inde pace ab Ottone impetrata, vltro portas ei patefecerunt. Cum deinde arcis obfidio in longum traheretur, Crescens, accepto securitatis & veniæ sacramento, egressus est. Sed mox contra fidem captus ac maiestatis damnatus, cum duodecim aliis, foedissimo suspendij supplicio est affectus.

Quæ res maximam clarissimo Ottonis nomini perfidiæ notam inussit. Ob quam expiandam S. Romualdus graues ei functiones iniunxit, & vt Cassini monachus fieret sæpe hortatus est.

Tertiò ex Germania in Italiam reuersus est propter Sarracenos, qui in Campaniam magnis viribus irruerant, & Capuam eius prouinciæ caput occuparant. Ad quos contento cursu profectus, non minore felicitate Capuam recepit, quàm virtute hostem e finibus eiecit.

Inde in citeriorem Italiam reuersus, noluit ex consilio Romualdi monachum induere, nisi vbi sedatis contra Gerbertum Pontificum Romanorum seditionibus Rauennam rediret. Cui Romualdus, Si Romam iueris, Rauennam non videbis. Iuit, & ex noua coniuratione, egregia paucorum industria, aegre euasit.

euasit. Ceterum Crescentis vxor, quæ ipsum spe regnandi in suum amorem pellexerat, discessum eius dolens, venenatum chirotecarum simulatæ amicitiaë munus ad eum misit. Quo ille sensim infectus, apud Paternum iuxta vaticiniũ sancti viri exstinguitur.

De OTTONE Duce Lothariensi, ex dono Ottonis I I I.

C A P. X L.

A NNO M D C C C C . X C I . Carolus Dux v r i . Brabantia Dux ex beneficio Imper. moritur. Otto filius eius succedit ei in Ducatu Lothariensium, qui anno ∞ . V . sine liberis decessit, sepultus Niuellæ ad S. Gertrudem; aut, vt aliqui volunt, Colonia ad S. Mariam.

De sacra militia S. HENRICI Imperatoris.

C A P. X L I.

O T T O N E I I I . veneno exstincto, post S. Henricus duos constituit Brabantiæ Duces. duos annos interregni, successit S. Henricus, Saxo, Bauariæ Dux, cognomento Claudus, Hungariæ Apostolus.

Hic Henetos, qui fide Christiana (cui sese sub Ottone primo addixerant) repudiata, ad pristinam idololatriam redierant, & templa deleuerant, trucidatis Episcopis, denuo edomuit, & Episcopatus Mersburgensem, Misnensem, & Magdeburgensem, barbarorum armis deuastatos, restaurauit, nouisque donationibus auxit. Præcipuè verò Mersbùr-

E 3 genssem